UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfi Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XLI. Precaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

Visual Library

XLI. *SI ALIQVIS REM ALterius quam excolit ad proprietatem habere vult, & non poteſt, & poſtea eam precauerit.*

DOmno inluſtri illi, & mihi proprio domno illi. Dum per malorum hominum conſilium, quod non debueram de terra veſtra in loco nuncupante illo, quam excolere video, amaui, & ipſam terram ad proprietatem facere, & non potui: quod nec ratio præſtitit, & vos vel agentes veſtri eam ad partem veſtram reuocaſtis, vel nos exinde ieciſtis: Sed poſtea ad petitionem bonorum hominum, nobis eam ad excolendum reddidiſtis: Propterea hanc precariam dominationi veſtræ emittimus, vt quamdiu vobis placuerit, vt eam teneamus, abſque vllo veſtro præiudicio, quicquid reliqui accolaui veſtri faciunt, nos

reddere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reddere ſpondimus. Quod ſi non fecerimus, & ob hoc negligentes, tardi aut contumaces fuerimus, publicè per hanc precariam, ac ſi ſemper per quinquennium renouata fuiſſet, condemnati, vt lex præſtat tardis aut negligentibus, & de ipſa terra nos pontificium habeatis eiiciendi. Facta precaria ibi, ſub die illo, anno illo, illo rege.

XLII. *INDICVLVS EPISCOPI qui ad alium in reſurrectione Domini eulogias dirigit.*

DOmino ſancto, & Apoſtolica veneratione colẽdo, domno & in Chriſto fratri, illi Epiſcopo, ille gratia Dei, ac ſi peccator Epiſcopus. Dominicæ feſtiuitatis reſurrectioniſque myſteriis, in qua idem Deus Chriſtus tartarũ per ſemetipsũ decre[illegible]it abſoluere, nudus victorq; de exſuperat[illegible] hoſte trium-